



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 145. Papa Mantua Senas profectus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.  
A.C. 1460.

§. CXLV.

*Papa Mantua Senas profectus.*

Ceterum Pontifex ad initium verni jejunii Mantua recedens, Senas pervenit, novos Cardinales creaturus; quare privatim hac de re cum sacro Collegio egit; cum vero cuncti ejus consilium ratum haberent, elapsa altera die, quæ erat feria quarta, in secreto Patrum Senatu proposuit, quinam nominandi essent, postea antiquiores Cardinales jussit perpendere, quosnam ad tantam dignitatem idoneos censerent. Hi ex illis, quos Papa proposuerat, quinque admittendos judicabant, inter quos etiam erat Franciscus Piccolominæus Pii II. Nepos, postea Pius III. qui tunc literis dabat operam Perusii. His ipse Pontifex sextum addi petiit nondum ab aliis nominatum. Erat is Frater

---

*desse. Ut non sit mirum, si tantus conatus evanuerit, nec cæpta Deus secundaverit. Hoc cine est, nihil sine teste referre, ac Scriptores de veritate facti loquentes Lectoribus exhibere? (a)*

(a) Continuat. in Præfat. ad volum. XXV.

ter Alexander Oliva Ordinis S. Augusti-  
 ni Generalis Minister, Saxoferrati exi-  
 guæ fortunæ parentibus natus, sed *pieta-*  
*te ac vitæ sanctimonia* illustris, ac scien-  
 tiæ præstantia celeberrimus; quem &  
 Cardinales lubenti animo acceptarunt.  
 Illis sic propositis, Pontifex nec feria sex-  
 ta, qua Cardinalium electio de more pu-  
 blicatur, expectata, illorum promotionem  
 ea, qua facta est, die publicam reddidit,  
 indeque antiquiores Cardinales pluri-  
 mum ab importunis Competitorum pre-  
 cibus exemit.

Sæcul. XV.  
 A.C. 1460.

§. CXLVI.

*Sex Cardinales a Papa creati.*

Horum primus erat Angelus Capranica  
 patria Romanus, Presbyter Cardi-  
 nalis tit. S. Crucis in Jerusalem, & Præ-  
 nestinus Episcopus, Vir doctrinæ ac vir-  
 tutum merito præclarus, & literatorum  
 cultor eximius, cujus inter familiares o-  
 lim ipse Pius II. numerabatur. Alter e-  
 rat Bernardus seu Berardus Herulo Nar-  
 niensis, Auditor Rotæ, & Episcopus Spo-  
 letanus, Presbyter Cardinalis ad S. Sa-  
 binam. Tertius Nicolaus Fortiguerra  
 Pistoriensis, Theanensis Episcopus, Pres-  
 byter Cardinalis tit. S. Cæcilie, summo  
 Pontif.

*Gobelin. in  
 Comment.  
 Pii II. lib. 2.*

*Aubery hist.  
 Cardinal.*